rim⁹ postmodū duodeci industrias per practicā **E**t primo in vulgari ad sorozes sc̄pseram⁹ de mōte cōtēplatiōis certos gradus et modos **P**rima industria dei vocationi intēdere. sc̄da p̄pziā cōplexiōnē agnosce. tertia officiū vel p̄pziū statū aspiciere. q̄rta semet ad p̄fectionē extēdere. q̄nta occupatōes effugere. sexta curiositatē deponē septia lōganimitatē assumē. octa/ua passionuz vel affectionū origines aniaduertere. nona t̄p̄s idoneū et locū inq̄rere. decimo sōno et cibo moderantē indulgere. vn/decima meditationib⁹ p̄hs genēaliuis affectuū insistē. duodecia spiritu a fātasmatib⁹ auertē **P**orro dū int̄rogaret a me **G**erman⁹ **N**icolaus **C**elestin⁹ post inspectionē industriarū istaz **Q**uenā eēt difficilior in practica. **R**espondit q̄ sp̄m̄ a fātasmatib⁹ auertē sensit h̄ vissime neqz p̄t hec industria practiciariqz p̄ theologiā mysticā h̄ in via dū intellcūs n̄r cōiūctus ē cōtinuo et t̄p̄i **P**onit dñs albert⁹ vt p̄us lib de intellcū et intelligibilib⁹ penultim⁹ ascēlū in reditu aie ad deū q̄ efferrat̄ ff h̄ et n̄c h̄ est sup̄ cōtinuū et t̄p̄s **D**eīn ponit assilatōz i vniōe cū deo quā vōt occasū alteri⁹ vite cōsonās in h̄ btō dionysio si d̄ine gr̄e mun⁹ tale f̄buisset in xp̄o ih̄u dñō n̄ro q̄ ad hūc occasū xp̄s ē ostiū via ductoz vehicm̄ q̄ ad modū de deo canit ap̄d boeciū p̄hia p̄n<sup>m</sup> rector dux semita f̄min⁹ idem **C**ōsonarēt insup multa q̄ p̄mittit albertus de intellectu agente cum

## Anagogicū

lumibus intelligētiarū se cūgēte  
vñ inq̄t Multi vocati p̄p̄he ordi/  
nauerūt multas suppositiōes ⁊ or/  
dinationes Isti certe fuerunt ma/  
gici et idolatre qui per thebetas  
execrabiles ⁊ demoniacas. arbi/  
trant aīas purgari ad p̄phetias  
⁊ miracula faciēda de quibus ha/  
betur apud Aug<sup>m</sup> de ciuitate dei  
a septio vsq̄ ad decimū Et cōter  
in alijs q̄busdā caplis Ipe eni sa/  
thanas qui colit vult vt de<sup>o</sup> imita/  
tur sepe vel imitari fingit veros  
ritus et modos sacrificandi deo  
per orōnes per ieiunia p̄ castita/  
tem et purificationes Nos autez  
soli deo sacrificiū laudis offerim<sup>9</sup>  
⁊ ad scōs āgelos suos homiesq̄  
btōs tanq̄ intercessores ⁊ admi/  
nistratoēs spūs p̄pter electos sup/  
plicam<sup>9</sup> **Excels<sup>9</sup>** in v̄bo gl̄ie sp̄s  
rōnalis nō euehit ad theologiaz  
mysticā per raptus insanos q̄les  
fuerūt in sibillis et vatib<sup>9</sup> de q̄b<sup>9</sup>  
historie ⁊ poete faciūt mentionez  
sifr et sc̄ptura sac̄ sic de phitonid.  
et de Balaā qui cadebat et apie/  
bat ei<sup>9</sup> oculos Sic et epilēticī nō  
nulli. q̄lis fuisse credit machome/  
tus q̄admodū ponūt p̄terea aliq̄  
infinitas melācoliarū spēs ⁊ alte/  
natiōes alazvñ credūt simplices  
q̄ tales raptant in celū et cadūt  
in scenū. aut in eodez statu p̄stant  
imobiles q̄ morbus inuenit eos ⁊  
velut gelu cōstringit vñ ogelatio  
appellat in mēte sic tēpe n̄o p̄les  
tales qui p̄phetias et visiones se  
diuinitus h̄re iactabāt vidimus ⁊  
fallebāt sic ⁊ aliq̄n fallebāt **Ex/**

## de verbo

cellus in libro gl̄ie spūs rōnalis i  
theologia mystica se exercēs non  
h̄z n̄citatē vt in eo sit corpalis de  
fectio q̄lis legit de bonis etiā p̄/  
phetis vt dantele Ezechielez sili/  
bus Dionysi<sup>9</sup> eni nihil tale ponit  
exigi. frequēs insup exp̄ientia cōn/  
dicit Sz nec optet supmētales ex/  
cellus theologie mystice intelligē/  
tiā pure occurrere q̄lis fuit in mul/  
tis p̄phis qui fm Augusti. potue/  
rūt om̄ia mūdāna trāsire et attin/  
gere p̄mā cām. irridentes idcirco  
simplices xp̄ianos nō potētes ad  
intelligentiā talē euehi. q̄b<sup>9</sup> r̄ndet  
Aug<sup>9</sup> q̄ simplici fide tenent certi<sup>9</sup>  
⁊ salubri<sup>9</sup> malū seu velū in ec̄cl̄asti/  
ca nauicula que p̄ducit ad celum  
Nō optet p̄terea supmētales ex/  
cellus theologie mystice fieri per  
tale miraculuz quō ptomartir ste/  
phanus dū lapidareē intendens  
in celū vidit gloriā dei sic vincēt<sup>9</sup>  
**Sicut** laurētius **Sicut** bt̄us **An/  
dreas** **Sic** felicula **Sicut** de alio/  
rū scōz pl̄imis in raptib<sup>9</sup> et reue/  
lationibus q̄les legunt in Apoca/  
calipsi Jobis **De** quoz differen/  
tijs et p̄prietatib<sup>9</sup> p̄ns breuitas n̄  
inquiri **Excelsus** in v̄bo gl̄ie  
spūs rōnalis dū per anagogiam  
cōscendit in deū deserit oēs opa/  
tiones vt sic neduz intellēuales s̄  
etiā affectuales et amīcabiles et  
delectuas imo optet p̄sus actū  
p̄p̄riū et liberū circa deū i supmo  
gradu obiectalīe positū c̄minatū  
**Et** qm̄ videt istud v̄bū durū eē ⁊  
repugnare vidēt sc̄ptis exposito/  
rum bti dionysij imo ⁊ n̄ris adē/

## et hymno

nus de theologia mystica tradit  
tis quam in amore posuim? **Po**  
neremus in forma. p. restitio et  
intellectu tā hui? q̄ p̄cedentiū te/  
xtū dñi Bonaventure sup distin/  
ctioñ. xliii. xxxij q. ij. in fine **Ad** illō  
inqt qd̄ ultimo obicit de ophen/  
sione dicēdū q̄ oprehēdere dicit̄  
triplicē. **Uno** mō cōprehendere est  
idē q̄ charitati adherere **Et** sic  
accipit **Bernar.** ad **Eugeniu** si s̄a/  
ctus inqt es oprehēdisti **Alio** mō  
est idē q̄ clare videre et p̄fē ama  
re sic ad philipeñ. iij. **Et** quo mō  
cōprehendā in quo ophenus suz  
**Tercio** oprehēdere idē est q̄ clau  
dere t̄minos rei sic est deus incōp  
hensibilis **Cū** ergo dicit̄ q̄ sancti  
sūt ophensoēs in patria et q̄ xp̄s  
fuit cōphensoz **Dicendū** q̄ me/  
dio mō accipit̄ et sic habz verita  
tatē **Nā** xp̄us vidit dei imensita  
tem. nec tenet hoc fide sed certissī  
ma cognitione. hoc est nouit deū  
immensū **Ecce** per hec dicta. tres  
gradus cognitionis seu cōprehē  
sionis dei lucidissima distinctione  
nōtas oformiter ad p̄dicta **Sub**  
iugamus illud qd̄ p̄tin? idēz do/  
ctoz dicit pro verbo p̄nti **Et** si tu  
q̄ras inqt **An** positue vel p̄uatie  
xp̄us nouit deū immensū **Dicen**  
dū qd̄amō positue quodamō p̄  
uatiue. **Positie** q̄ntū extēdit se ca  
pacitas seu intelligētia **P̄uatiue**  
deinceps admirat̄ etiā illā p̄fun  
dā et sūmā p̄fūditatē diuine im  
mensitatis sic dicit p̄s **Mirabilis** fa  
cta est scia tua ex me ofortata ē et  
nō potero ad eaz **Hec** ille **Ecce** q̄

## glorie

## C Cxxii

ponit p̄uatiuā cognitionē in aia  
xp̄i q̄nto magis in alijs **Hec** ē d̄r  
cognitio quā vocam? mysticaz p  
abnegationē scz defectiōnē et oc/  
casū **Cōstat** autē q̄ nō minus defi  
cit dilectio seu beatifica fruitō ab  
illo gradu sūp̄mo fruitiōis quo  
deus fruitur se solo actū infinito  
q̄ ip̄a cognitio **In** signū cui? non  
inueni positum a beato thonyisio  
traden? mysticam theologiā q̄ di  
xerit ip̄am terminari positue obie  
ctaliē in deo. sed vel nihil expressit  
de dilectiōne vel ip̄am dixit fieri  
per caliginē et defectiue **Rursus** in  
altero ex d̄bis sapiētis **Quantuz**  
potes tantū gaude qz maior om̄i  
laude nec laudare sufficit **Potēat**  
dici et laudādo deficiis q̄ defectiō  
sūma est refectiō sūmus qz p̄fēct?  
**Excels?** in d̄bo gl̄ie sp̄us rōnal  
intrādo diuinā caliginē p̄ defectō  
nem s̄blimius hz dicit **Om̄is** cōsū  
mationis vidi finē **Tradit** s̄ntaliē  
bt̄us hylarius q̄ nec āgeli nec ar  
changeli sciunt aut penetrare p̄su  
mūt diuine generationis arcanū  
**Cōstat** q̄ h̄ nō p̄t intelligi de vi  
sione bt̄a in posituo vel opatiūo  
gradu **Accipit** igit̄ de sup̄latiūo  
quo ad ignorantia t̄m. cognoscen  
do. p̄ficit sp̄us in via. imo et in pa  
tria q̄ntū p̄ gr̄am aut p̄ gl̄iaz ma  
gis exercitatus et eleuat? fuetit p̄  
mēoriā et intelligentiā et volunta  
tē in gradu ognitiōis posituo v̄l  
opatiūo qz plus accedit deficien  
do ad vnionem refectiūaz **Etus**  
he sunt conditiones q̄ infallibi  
lis etiam in via qua nihil potest

## anagogicū

hīe errozis admixtū vel fātasima  
tis nihil create defectibilitatis ni/  
si insidiarū diaboli. vbi ē altissimū  
r̄fugiū vbi solus vniū deoz vnic⁹  
soliz vnico spūi Si q̄ras quō fiat  
istud Audi nō me sed diuinū dio/  
nyssiū Ineffabilib⁹ inq̄t et ignotis  
mēs ineffabiliter ⁊ ignote diūgit  
**Q**uis post hec v̄ba p̄sumeret inef  
fabilia fari ⁊ incognitiōm ignota  
p̄ferre? **P**ossum⁹ itaqz doctrinatr  
et speculatiue p̄ q̄d nois veritatē  
eloqui mysterij **S**ola v̄o ēnitās  
per exp̄imentū rei **S**upsūt alia de  
verbo et hymno gl̄ie noiatim sup  
hoc v̄ficulo **S**ic erat in p̄ncipioz  
nūc et sēp et in secula sc̄loz amen  
**D**ifferat in p̄titionē alterā **E**t p̄  
cōfirmatōe dictoz simul et refectō  
ne animoz iūganē vltima verba  
hugonis in suo de arra aie **T**ibi  
sic aia cōquerit asserēs se in cōgnof  
cendo deficere **A**nima **Q**uid ē il  
lud dilecte q̄ in eius recordatōne  
aliqui me tāgere solet et tam vehe  
mentē atqz suauit̄ afficere vt iā to/  
ta q̄dāmō a memet ipsa abaliena/  
ri et nescio quo abstrahi incipiam  
exhilarat̄ oscia **I**n obliuionez ve  
nit om̄is p̄teritoz malozū memo  
ria **C**or illuminat̄ **D**esideria locū  
datur **I**aqz alibi nescio vbi me eē  
video et q̄si q̄busdā āplexib⁹ amo  
ris intus teneo **E**t nescio q̄d illud  
sit **E**t tñ illud semp̄ retinē et nūqz  
perdere toto aīo meo laboro **L**u  
ctatur q̄dāmō debilit̄ animus ne  
recedat q̄d semp̄ āplecti desidēat  
et q̄si in illo oīm desideriozū finez  
inuenerit sūme et ineffabiliter exul

## De verbo

tat. nihil āplius q̄rens. semp̄ sic eē  
volēs **N**ūq̄o ille est dilectus meus?  
q̄so dic̄ mihi vt sciam si ille sit vt si  
denuo ad me venerit. obsecrez eū  
**N**e recedat. s̄ semp̄ p̄maneat hō  
vere ille est dilectus tu⁹ qui visitat  
te sed venit inuisibilis venit occul  
tus vt tāgat te **I**do vt videat̄ a  
te **V**enit nō totū infūdīt se sed vt  
trahat affectū p̄micias quasdam  
porrigit sue dilectiōis nō plenitu  
dinē exhibet p̄fecte societatis **E**t  
hoc est q̄ maxie ad arrā despon  
sationis tue p̄tineat. quā ille in fu  
turo se tibi videndū et perpetuo  
possidendū dabit **N**unc aliq̄ndo  
vt q̄ dulcis sit agnoscas se tibi  
ad gustandū p̄bet **S**imul etiā vt  
interim. de absentia eius cōsoleris  
q̄n eius visitatione ne deficias in  
cessanter reficeris.

## Sequit̄ quarta partitō

De verbo glorie.

**G**lorificatō mutua  
patris et filij et spūsancti  
postulabat̄ fieri cū xp̄s ait **P**at̄  
venit hora clarifica filiz tuū vt  
filius tuus clarificet te. **P**otuerat  
quoqz rex glorie xp̄s sed s̄ v̄bū  
glorie ad p̄em deū glorie dicere  
sed exp̄mens exteri⁹ oculis suble  
uatis in celū fecit de v̄bo gloriifi  
cationis hymnū glorie dū armo  
niam addit vocis. hymnū quippe  
dicim⁹ laudē dei cuz cātico ih̄uc  
esse hymnū cōiūciunt doctozes de  
quo mathe⁹ et **M**arcus **E**t h̄no  
inq̄t d̄co abierūt in mōtē oliuarū

## et hymno glorie

**N**ō dubiū quia post institutionez  
et refectionē sacramentalē statim quā  
recesserat iudas christ⁹ dixit teste  
**J**ohē Nūc clarificatus est fili⁹ ho  
minis. et deus clarificatus ē in eo  
et deus clarificauit eum in semet  
ipso **D**eī postq̄ docuit discipu  
los multa. sequit̄ de hymno glori  
ficationis seu glorie **U**trūq̄ enī  
traditur ex verbo greco. vñ glia  
quasi clara seu clara **P**ater venit  
hora clarifica filiū tuū vt fili⁹ tu⁹  
clarificet te. **P**roinde subiungens  
claritate inq̄ quaz habui priusq̄  
mūdos fieret apud te. dedit palā  
intelligi q̄ de glorificatione quā  
habet in eternitate solus cum spī  
ritu sancto in gloria dei patris lo  
quebat̄ **H**oc ipm̄ imitat̄ ecclia dū  
frequētat hunc hymnū glie **G**loria  
patri et filio et spīritui sancto  
**M**ox subiūgitur **S**icut erat in p̄n  
cipio et nūc et semper et in secula  
seculorū **A**mē **G**lorificatio p̄ris  
et filij cum spīritu sancto designa  
tur s̄ci multipliciter sub hisz alijs  
verbis **U**no modo cōplacent cō  
gaudent et cōgratulatiue. quia  
scz oplacet in gloria dei **A**lio mō  
desiderant̄ et exhortatiue q̄a hec  
gloria manifestat̄ per omnes crea  
turas p̄sertim rationales **T**ertio  
mō rep̄ntatiue et exp̄ssue sic op⁹  
sapiētis dic̄t̄ sapia eius et gloria  
eius **D**ic̄t̄ aut̄ gloria dei fieri vel  
augeri nō in se sed dū manifestat̄  
fit at̄ manifestior in effectib⁹ suis  
**O**ramus sub hoc tropo sanctifice  
tur nomē tuuz **A**dueniat regnum

## CCxxij

tuum. quē admoduz loquit̄ et hic  
xp̄s per totū hymnū **Q**uomodo  
similiter dicit̄ ap̄lus **D**einde finis  
ait **C**um tradiderit regnū deo et  
patri **S**equit̄ **C**um autē subiecta  
fuerint illi omnia. tunc ipse filius  
subiectus erit illi qui sibi subiecit  
omnia vt sit deus omnia in omni  
bus **I**ntelligūtur hec per patefa  
ctionē generalē et perfectā non p̄  
noue glorie collationē in eternita  
te quam dicimus sup̄latiuū glori  
ficationis diuine gradū. ad quez  
omnia cōsumabūtur **P**resertim  
electi. sub gradu glorie compara  
tīuo seu secūdo constituti et erunt  
sicut hic orat̄ christus cōsumati in  
vnum **G**lorificatio patris ⁊ fi  
lij cum spīritu sancto in beatis di  
ci potest habē gradū. vel vt **B**er  
nardus loquitur moduz sine mo  
do. hoc est mysteriū et archanum  
quod loq̄mur et inquirim⁹ **A**per  
tum v̄o est scholastice per prece  
dentia si maneat clara et certa di  
stinctio de triplici gradu seu mo  
do quod idēz est in p̄posito **U**nū  
posuimus gradū glorificationis  
positiuum **A**lterum comparatiuū  
**T**ertium superlatiuū **E**t licet cō  
paratiuus gradus et sup̄latiuus  
presupponant positiuū **V**erunta  
men appropriamus positiuum in  
gloria vie **C**omparatiuum in glo  
ria p̄te **S**up̄latiuū in glia efnita  
tis diuine **Q**u si voluerim⁹ attēdē  
qualiter hic gradus glorie sit sine  
gradu et modus glorie sine mo  
do patebit̄ p̄mo ex ipsa diffinitioe

## Anagogicū

et interpretatione nois hui? **E**ternitas q̄i extra terminos entitas. nunquid infinitatē illā exprimit dicitur hui? Magn? dñs et laudabilis nimis et magnitudinis ei? non est finis quo ad opatiuū p̄ris Et sapie eius non est numer? quo ad appropriatū filij Et misericordia eius super omnia opa eius quo ad clementiā et bonitatē spūs s̄cti Siquidē in omni re creata vel creabili ponitur modus. mensura. terminus. numerus et spes finis et ordo Solus deus est sine numero. modo. mensura. vel termino pro quo sit sequens verbum

**G**lorificatio patris et filij cum spiritu sancto in se ipsis recte dicitur infinita et imensa. nedum p̄uatiue s̄ positue sicut quilibet gloria creature viceuersa dicitur finita nedum positue s̄ p̄uatiue vtēdo large noie p̄uatiōis p̄ negatione. Proficit hec consideratio ad intelligendū proprias voces scripturarū

**I**n finitū dicimus illud quod habet terminos positionis seu positiuos s̄ intelligit vna negatio seu p̄uatio. quod ultra terminos illos vel finitū illud p̄gredi nō valeat vel extendi Infinitū viceuersa dicitur negatiue quia nō habet terminos quibus circūscribat̄ finiat̄ diffiniatur aut terminet̄ Et hoc dicitur infinitū extra gen? Porro dicitur in finitū aliqd affirmatiue dū negat negationē in nomine finiti clausam Equipollēt enī due negatōes vni affirmationi Consideret̄ acriter nomen istoz et s̄cium. talis significatio tūc nō erit absōna vel discors ista locutio. **G**loria dei est gradus

## De verbo

sine gradu modus sine modo Sicut de cognitione fruitione delectatione quibus alie delectationes addi possunt. Sed nūquid eternitas vel eternus deus seu eternitas. includit se suis terminis et apprehendit? Profecto sic assentire possum? et omniam negare quod subinfert Ergo deus habet terminos. Nō enim sequitur Deus est infinitus terminus quod est terminus. vel terminus habens Sed nūquid preterea aia christi vel marie videt clarissime terminos eternitatis infinitos quibus eternitas se ipsam circūscribit et diffinit? Sic. Sicut hoc sequens verbum declarabit. in cuius explicatōe totū stat quod inquiritur mysteriū regni dei.

**G**lorificatio patris et filij cum spiritu sancto conspicitur et diligitur fruiuiue et obiectaliter in summo cōparatiui gradus patrie. ab aia christi et marie. nō tamen in suplatiuo formaliter et intrinsece quo beatitudo trinitas se cognoscit et diligit tam obiectaliter quā intrinsece. Attendenda est hic definitio ecclie cum approbatione doctorū modernoz quod duplex est beatitudo vna obiectalis et terminatiua. et illa est solus deus sicut solo deo fruendū est Altera est beatitudo formalis et intrinseca. consistens in duobus actibus qui sunt visio et fruiuiō cum tentione seu possessione secunda Sunt etiam apud deū penitentiō beatitudo formalis et obiectalis At vero distinctio maxima est in creaturis beatis. in beatitudine nempe ipsorum obiectalē quod nō nisi deus. et formalē. quā utique constat esse finitā intrinsece. et ab infinita extrinseca beatitudie dei differri vel distinguī



## et hymno

**E**tiam ubi poneret quod deus per se ipsum sine creatis hitibus aut speciebus alijs illabendo forlez hac beatitudine in aia btra causaret **C**oncedunt hoc illi qui etiam contrariantur eccliaftice determinationi quod forte non uiderant eam **C**oncedunt inquam quod de facto vel de potentia dei absoluta non potest esse deus aie create nisi finita beatitudo forlis. quod nec creatura est capacitatis perceptiue cognitueque dilectiue dei nisi finite et limitate **Q**uamobrem nec est ut beatitudo creature forlis. semp fit finita. quicquid sit illa formalis beatitudo. que utique est motus anime a deo distinctus **E**tiam si poneretur quod aia eest suus motus **N**ec magis **B** negat hunc expressit **G**lorificatio patris et filij cum sancto spiritu tota videtur a beatis et ideo totaliter sub hoc intellectu quod gloria beatorum finita est forlitate. quous obiectaliter infinita vel ut gregl. loquitur de domino glorie. totus est intra non inclusus. totus extra non exclusus. totus subter non prostratus. totus super non elatus totus circa non circumscriptus **V**eritas ista facilius inuestigatur non rōcinando hunc exemplificatio per similita in creaturis ut de oculo lippo qui videt totam rotam solis. hunc non totaliter. vel totam albedinez **A**ut aliud sicut ut de circulo lineis si intelligeret centrum suum **E**x<sup>m</sup> aie rōnalis approximat quod sic tota in corde est. quod tota est extra cor **S**ic est in centro cordis quod ad eius simplicitatez indiuisibilitas centri non equat **S**ic nec ad magnitudinem non molis sed virtutis aie que

## glorie

## CCLxxiiii

circūdat cor. totaliter non parificatur. **C**ōtinet igitur cor ipsam aiam totam sed non totaliter sub alio verbo circūscriptibile **I**psa vero tota se cōtinet et totaliter infra finios sue capacitatis quod finiti sunt et in **B** deficit similitudo quo ad deum qui simpliciter infinitus est et circūscriptus. **C**uius perfectio nec accrescit ex creaturis si sint. nec decrescit si non sint **Q**uia semp in eternitatis sue solio et trinitatis triclino sedet fixus. sicut erat in principio et nunc et semp et in secula seculorum. amen. **M**ulta de conditionibus trinitatis et eternitatis possent induci que latissime tractantur per doctores et alij sub metris notauerimus **D**enique pro verbo nostro facit illud **J**ob **T**onitruus inquit magnitudinis eius quis poterit intueri **D**at primo intelligi quod nullus. dat insuper intelligi quod intuitus vel intueri vel visus extēditur ad omnes sensus tanz corpales quibus spirituales **T**onitruus inquit et quod utique est obiectus auditus quis poterit intueri **S**imile in exodo quod populus videbat voces. **P**orro colligitur ex isto quod dominus hitat in silentio et caligine respectu cuiuslibet creature quo ad cognitionez et visionem suam sibi soli propria modo per tacto **G**lorificatio patris et filij cum sancto spiritu manifestatur in damnationis per ordinem iusticie quorum damnatio obiectaliter et terminatiue infinita est hunc forlitatez inensice finita proportionaliter ad ea que dicta sunt de beatis ouersue ad deum et aduersue a deo **C**erte sicut ens

## Anagogicū

primū in suo gradu suplatiuo op-  
henditur a se solo. sic et eius pua-  
tio nō essendi a se solo videlz to-  
talit̄ oprehendi. **I**nde fit vt neqz  
demonēs neqz creatura aliqua ple-  
ne intelligat pcc̄i mortalis igno-  
minia sicut nec gloriā actus meri-  
torij vel bti. **T**alit̄ enī iā dixim⁹ de  
ignominia vel nō agnitione cuius-  
uis creature. **Q**ui⁹ cā pncipalis q̄  
deus est cognosci neq̄t in summo.  
**S**upest igit supbia demonū descē-  
dat semp vel ascendat ad nihilū.  
**G**loria vero beatorū semp descē-  
dit in bonū. deficiēdo vel pficien-  
do ascendit moīs dictis. **I**ux qd̄  
sumeret̄ intellc̄us mystici vbi qd̄  
bt̄us dionysius appropriat ipi ser-  
raphin q̄ in eis semp est mobile  
incessabile calidū acutū supferui-  
dū et holocauste purgatiū. **S**u-  
mitur aut̄ hic motus vl̄ motio lar-  
gissime videlz p̄ opatione q̄ cōn-  
riatur ocio. de qua dicit damasc̄.  
q̄ nulla res destituit̄ ppria opati-  
one. **S**ic enī et velle dei et intelli-  
gere dicit̄ opatio quedā q̄ motio  
et in angelis magis pprie. **T**erra  
siquidē est inertissima oim. habet  
nihilomin⁹ suā opationē qua se te-  
git et figit in loco suo resistens re-  
mouere volētī. **D**icit ego seraphin  
semp mobile sine inēruptiōe amo-  
ris in deū. **I**ncessabile sine defini-  
tione. **S**emp calidū. sine diminutō-  
ne seu minoratione seu tepesfactiōe.  
**A**cutū qz penetrat ad simplicita-  
tem dei velut ad cētrū. **S**upferui-  
dū qm̄ eleuat se ad imensitatē ei⁹  
velut ad circūferentiā. **H**olocauste

## De verbo

purgatiū q̄ reliqua q̄ sequūt̄ spe-  
ctant ad tres actus hierarchicos  
respectu inferiorū qui sūt purgāz  
illuminare pficere. **O**patio igit̄ ge-  
nerale nomē est ad alias q̄nqz spe-  
cies sonātes in motū. que sūt mo-  
tio et hec successiua. **M**utatō q̄ hec  
subita in sbiecto. **F**actio q̄ hec sub-  
dita. **D**enihilatio que aliter dicit̄  
creatio. **Q**uarta est pductio in di-  
uinis vbi est immutatio q̄uis sit  
ibi generatio et spiratio. **Q**uinta  
est actio qualiter forma influit in  
materiā. dās esse formale et inēn-  
secū. dicit̄ ideo talis forma relati-  
ue ad materiā ql̄ter forma que ē  
deus nullo mō pōt dicit̄. **G**lorifi-  
catio patris et filij cū sancto spū  
q̄dupliciter agnoscit̄ q̄ amat̄ ab  
intellectuali creatura tā in via q̄  
in p̄ria. **I**n via quidē per gratiaz  
vnā in se et trinā in fide spe q̄ cha-  
ritate cū adiutorio discipline xp̄i-  
ane. **E**xplū dū quis videt aut su-  
mit eucharistiā. hic est cognitio se-  
sibilis exterior. **E**st et cognitio sen-  
sualis interior tā imaginatiua q̄  
estimatiua resp̄u corp̄is xp̄i tam  
veri q̄ mystici. **H**ic p̄terea est co-  
gnitio rationalis fm̄ vtranqz rō-  
nis portionē supiorē et inferiorē  
qua credimus speram⁹ et amam⁹  
sp̄iales sbas/et sub deo vt aiā  
xp̄i vt āgelos q̄ spūs electoz. **H**ic  
est deniqz agnitiō supermentalis  
mystica et anagogica ipsius sim-  
plicissime deitatis in vnitate t̄ni-  
tatis. **C**ōcordātie sūt plime noia-  
tiz illa iā omēozata ab ap̄lo. **M**āi-  
feste inq̄t. **M**agnū ē pietati. sac̄m

## et hymno

quod manifestatū est in carne. **H** quo ad duplicem p̄mū cognitōis modū. **J**ustificatū est in spū q̄ ad tertiu. **A**ssumptū est in gloria quo ad q̄rtū. **T**eneat ergo p̄ regla q̄ q̄lis est in agnoscēdo et amando deū xp̄ianus. talis est sibi in retri buēdo de. **E**go dilecto meo inq̄ sponsa. **E**t ad me uersio eius.

**G**lorificatio p̄ris et filij cū spū s̄cto f̄ca in beatis repit̄ aliq̄n̄ di ci f̄zilis eo q̄ imediate sit p̄ essen tiam sine sp̄e media q̄ sit rō agno scendi diuinā eēntiā. imo p̄ eandē sp̄em aut formā qua de. agnoscit se ip̄m. aīa btā cognoscit deū. **A**d dūt aliq̄ q̄ etiaz actus beatificus caracterisetur seu forme nō nisi a diuina sapia q̄ eius eēntia dū ob iectiue videt̄. **U**n̄ et si diuina essen tia s̄traheret se in rōne talis ca racterisationis seu f̄zilis cōfigura tionis p̄m imaginē bt̄issime t̄nita tis. creatura nullo mō posset dici btā neq̄ intuitiue vidēs deū imo esset implicatio quēadmodū ip̄lū rat creaturā esse q̄ deū se s̄trahere in rōne efficiētis. **N**ōndū ē igit̄ p̄ concordia doctoz q̄ deus p̄prie dicit̄ forma p̄m tres cōditōes. for me ueniētes. **F**orma enī dicit̄ q̄a est in se f̄zliter. siue sit ab alio siue nō originalit̄. sc̄do q̄a dat esse for male. tertio q̄a denomiāt aliud eē. **C**ōstat aut̄ q̄ deus habet esse in se. et q̄ dat esse omī creature. et q̄ oēm creaturā denomiāt eē tanq̄ p̄cipua sue ex̄ntie causa. **S**ic enim dicit boecius in q̄libz creatura eē aliud quo est. et aliud q̄d est. **Q**d

## glorie

CC lxxv.

intelligi aliē nequit nisi de deo q̄ denomiāt̄ existere creatura. **D**octo res igit̄ ponētes deū esse beatitu dinē formalē. accipiūt formā isto mō et nullo alio. **N**ec volūt q̄ de. sit f̄zilis beatitudo inherēs vel cō stituens sicut forme acc̄ntales vel s̄stantiales inherēt̄ cōstituūt q̄z uis illapsus forme diuine sit perfe ctior q̄ intimior rei cuiuslibet q̄z pos sit esse forma sue materie. vel acci dens s̄stātie. **I**taq̄ res quelibet plus dependet a causis extrinsecis q̄ ab intrinsecis suis que sunt for ma et materia que utiq̄ nequeūt esse sine causa extrinseca efficiente exemplāte seu formāte et finente. **P**orro si doctores taliter se resol uūt nō sūt cōtrarj articulis p̄ficiē q̄ deus nō possit eē forma vel for malis beatitudo creature. **Q**uod utiq̄ verū est de forma inherente vel intrinsece cōstituente. **S**ūt qui n̄cario dicūt esse formā mediā v̄l sp̄em in beatis quā noiant lumē glorie iuxta def̄minationez ecclie requisitā. **D**icūt alij sufficere p̄ser tim de potētia dei absoluta deuz et aiam sine tali lumine ad beaifi candū p̄ f̄zdem illapsū. **Q**uicquid t̄n̄ dicat̄ hinc q̄ inde n̄cario ponē dus est motus intell̄cus et volun tatis qui utiq̄ formosus est illūv nosus et speciosus. **E**t hūc voca mus formalē beatitudinez. sine q̄ impossibile est creaturā esse btā. etiā de potentia dei absoluta. **I**m plicaret enim sicut patet intuenti. quicq̄d. dictū suēt de necessitate habitū dist̄inctoz ab aīb̄ istis

## anagogicū

**G**lorificatio p̄ris et filij cū spū sancto fit p̄cipue et p̄ncipaliter in mente que sola p̄prie est imago et gloria beatissime t̄nitatis. **E**ssent hic rememorāde distinctiōes plurime de diuersis aie potētis et earum officijs. maxie quō diuiditur anima a spū et spūs a mente et q̄les sūt actus spūs et mētis. **Q**uē admodū insup sola mēs ponitur in sup̄ma vertice vel culmine v̄l arce totius anime et potentiaz ei⁹ q̄ respicit p̄ obiecto et fine p̄p̄io solum deū memorādo intelligendo et volendo pure liberaliter q̄uis immobiliter. **S**pūs aut̄ et mouet liberaliter et arbitrarie et cōtingent̄. **M**irabilis p̄sus est diuisio anime et spūs quē facit s̄m aplm sermo dei viuus et efficax. **S**ed est super admirabilior diuisio spūs et mētis qualē dat intelligi paul⁹ euz dicit de s̄mone dei q̄ est discretor intentionuz et cogitationū cordis p̄ut in quodaz metro deduxerim⁹. **A**rbitorz insup q̄ hec mēs in cāticis nomiat̄ aia vt ibi **D**ic mihi quez diligit anima mea etc. et in cātico marie **M**agnificat aia mea dñm. **N**ō enī ouenient̄ intelligi pōt de aia sensuali. nec de p̄cise rationali. **A**nima igit̄ est mens que manēs semp in arce dirigit amozez suum vnica in vnicū deū. sola ad solum diligēs ad dilectum. **E**xēplo solis/ quij respectu solis. vel ferri resp̄cū magnetis aut poli. **D**icuntur ista speciose faciliter et scholastice. **E**re dunt̄ p̄terea simplici fide sed rara est felicitas expiri. **E**xpiunt̄ tamē

## de hymno glorie

aliq̄ hic in via fortassis etiaz finaliter rephandi vt qui gloriatur in dño glorie vt timeat. **E**stimo enī q̄ demones ipsi iux̄ dictum iatobi credūt. imo et aliquo mō intelligūt per naturalia splendida. et contremiscūt. sed an malū suum? q̄a suli timore trahuntur quo refugiūt et odiūt flagellantē. **C**ōnrie ad beatos qui timētes et tremētes et in se deficientes sub reuerentia maiestatis laudāt diligunt glorificant hymnuz glorie. vna et incessabili voce diceñ. **S**andus **S**andus **S**andus dñs deus sabaoth pleni sūt celi et terra gloria tua. **C**ōformit̄ ad quos frequētat ecclia dicens. **G**loria p̄ri et filio et spūi s̄co. **S**ic erat in p̄ncipio et nūc et semper et in secula seculoz. **A**men. **D**eo glia qui finē apposuit ad cāticū marie iux̄ta p̄positū n̄m. **V**tinā deo bñplacitū et eidē gliosissime virgini m̄ri et filie. **C**ū qua semper magnificat anima mea dñm. **A**men.

**E**xPLICIT Anagogicū de verbo et hymno glorie a **J**oh̄e **C**ancelario **P**arisiēsi **L**ugdun̄ Anno. **M**cccc. **x**viiij. **E**t cōtinet quoz partitioes p̄ncipales in quarū qualibet sūt decē v̄ba seu cōsideratiōes. **E**t in vsu q̄libet multe notule seu v̄bula per l̄as alphabeti vsqz ad numerum. **i**z et decē. **P**resulatuz tūc agēte **R**euerendissimo patre dño. **A**rchip̄sule et comite **L**ugdun̄ **P**rimate **G**alliarū n̄re p̄grinatōis **B**euolissimo p̄cepto ē. **i**z **83**. **xvi** die april̄ impressū.